UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VII. Herzog Otto von Braunschweig vereignet dem Kloster Diesdorf das Dorf Reddingen, im Dezember 1226.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54934

Visual Library

parochiani de Dore et plures alii. Actum anno dominice incarnationis M°. CC°. XXIII°. Datum per manus Thome notarii, regnante Domino Iheſu Chriſto.

Aus einem Transſumte des Biſchofes Ludolph v. J. 1250.

VII. Herzog Otto von Braunſchweig vereignet dem Kloſter Diesdorf das Dorf Reddigau, im Dezember 1226.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis, O. dei gratia Dux de Bruneſuic omnibus in perpetuum. Cum omnia que ſub tempore geruntur negocia cum ipſo tempore defluant et recedant, non incaute conſueuerunt homines priuilegiis et teſtibus ſuas actiones perhenniter ſtabilire. Notum igitur facimus tam futuris quam preſentibus uniuerſis, quod Wernerus de Medinge, fidelis noſter, villam Ridegoue vendidit eccleſie in Diſtorp perpetuo poſſidendam. Ad quam vendicionem de bono conſenſu noſter animus ſic acceſſit, vt proprietatem eiusdem ville ipſi eccleſie aſſignaremus et daremus pro noſtrorum remedio peccatorum et ut participes ſimus orationibus et laboribus, quos ſanctimoniales ibidem domino inceſſanter ſtuduerint exhibere. Actum eſt hoc anno dominice incarnationis M°. CC°. XXVI. in menſe Decembris, teſtes ſunt Geruaſius prepoſitus in Ebbeſtorp, Chrachto, Theobaldus, Sigebandus, Thidericus de Monte, Geuehardus, Otto, magiſtri, Wernerus de Zwerin, Hartmannus et alii quam plures.

Gerckens Dipl. I, 428. 429. Beckmann's Beſchreibung V, I, X, Sp. 144.

VIII. Tauſchvertrag zwiſchen den Klöſtern Diesdorf und Marienthal über einige Güter in Berkling, Orthorp und Honſtede, v. J. 1226, vom Propſte Dieterich im Jahre 1230 bekundet.

Theodericuſ, prepoſituſ in Diſthorp, Omnibuſ hoc ſcriptum inſpecturiſ ſalutem in uero ſalutari. Sicut modernorum diſcreta et laudabilia facta poſteriſ ſolent benefaciendi materiam exhibere, ita plerumque quicquid ſiniſtri committitur ſolet fomentum maliſ eſſe litigandi. Noſ autem uolenteſ ſiniſtre parti occaſionem malignandi amouere, preſenti pagina concambii formam, quod inter eccleſiam valliſ beate Marie et eccleſiam eiuſdem virginiſ in Diſthorp contractum eſt, cunctiſ legentibuſ ſignificamuſ in hunc modum. Eccleſia beate Marie in Diſthorp poſſedit manſoſ ſeptem cum tribuſ areiſ anniſ XXII. in Berklinge omni proprietatiſ iure integre conſeruato. Sed ſperanſ aliquid commodi ſibi exinde prouenire, ſi prefata bona pro boniſ magiſ ſibi contiguiſ commutaret, contigit concambium cum eccleſia vallis ſancte Marie pro manſiſ XII in Orthorp